Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31278
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



haberemus Rogo te per virtu-
tem sacratissimorum illorum ver-
borum ut in parcas quicquid pec-
cavi aut commisi de vij peccatis
mortalibus vel de illis proceden-
tibus Superbia · avaricia · luxuria ·
ira · gula · invidia · accidia ·
Domine sicut tu dixisti · pater ignosce
crucifigentibus me · fac ut et
ego amore tui parcam omnibus
michi malefacientibus Et sicut
tu dixisti latroni · hodie me-
cum eris in paradiso · Fac me ita
vivere ut in hora mortis
mee dicas in hoc mecum eris